

**Legatio Marchionis Lavardini Romam, Ejusquè Cum  
Romano Pontifice Innocentio Undecimo Dissidium**

**Sfondrati, Celestino**

**[S.I.], 1688**

8. Romam esse communem Patriam, sed non id eò Lavardinum aliter à  
Pontifice excipiendum fuisse.
- 

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62944](#)

80      *De Abuso Franchitiarum*

quibus Regis Regum honor nullum capia detrimentum. Ubi verò quidquam ocurrat, quod absq; summi Regis offensa effectum habere nequeat ; si honorandus terræ Imperator videtur, ille potius à nobis timeatur, & illius honor imprimis conservetur, qui est Rex Regum, & Dominus Dominantium, & qui animam & corpus perdere , atque in eternam ignis gehennam mittere potest, ergo cùm pro Ecclesiae libertate tuenda Patri nostri proprium sanguinem fuderint, & nos ad eorum exempla, exigente necessitatis articulo, extrema audemus pericula sustinere. Frustrà ergo Galli metum offendendi Regis Innocentio objiciunt ; quando in causa DEI nihil æquè metuendum est, quam metuisse.

VIII. Tertiò causatur Anonymus :  
(a) Romam esse totius Orbis Christiani Patriam communem ; sicq; oportere , ut illic omnium Principum Catholicorum Legati conveniant. Äquum non esse, ut Legati Gallici Regis Asyli prerogativam in videant Itali, quando ipsi majorem partem occupent

sacri

(a) Fol. 2.

contra Apologistam Lavardini. 81

sacri Senatus; cum tamen & mos Ecclesiae  
& ratio velit, ut absque Personarum au-  
nationum discrimine purpura dignissimis  
obveniat, quae nunc aliis exclusis solos fere  
Italos vestiat.

R. Si Roma omnium nationum com-  
munis est Patria, quid queritur Lavardi-  
nus, si eodem jure, quo omnium aliarum  
nationum Legati, habitus est? nec enim  
alij Principum Legati admissi sunt, quam  
qui Asylo cessere: vivat ergo Lavardinus  
in communi Patria communi jure; quod  
si nolit, non illum Innocentius, sed ipse  
se Româ exclusit. Alioquin quid scele-  
rum civibus non liceat, si qualescumque  
sint, & quacunque ratione vivant, to-  
lerari in Patria debeant? & planè cum  
nuper Lavardinus Romam ingressus est:  
non Civis faciem, sed hostis ostendit,  
nec tam Patriam intrasse, quam in  
aciem irrupisse visus est. Quod de  
Cardinalibus dicitur, nihil pertinet ad  
causam Lavardini. Oportere Cardi-  
nales aliquos deligi ex omni natione,

D 5

ve-

82 *De Abusu Franchitiarum*

verum est, idque insigniter in ultima Ca-  
dinalium promotione ab Innocentio  
observatum, in qua non Galliæ, non Hi-  
spaniæ, non Germaniæ, non Italiaæ pur-  
pura defuit: cæterùm debere ex quavis  
natione pares numero esse, tam absur-  
dum est, ut nihil magis; quid enim in  
eligendo Pontifice magis schisma pare-  
ret, quām si singulis nationum par nume-  
rus votorum esset? singulæ videlicet Pon-  
tificem ex suis vellent, Galli Gallum, Hi-  
spani Hispanum, nullo certandi fine: Id-  
que palam apparuit in magno schismate  
**Occidentis**, cui initium dedit electio Ur-  
bani VI. cùm enim Itali Italum vellent,  
Galli Gallum, & inter Gallos Lemovi-  
censes Lemovicensem; tandem ingens  
illud schisma conflatum, quo nullum nec  
longius, nec funestius Ecclesiæ. Idem  
ergo accideret, si quælibet **natio** pluribus  
Purpuratis abundaret, & nulla aliam nu-  
mero vinceret. Sed cur Italica vincit?  
inanis quæstio. Idem enim de Gallica,  
Germanica, Hispanica aliisq; quæri pos-  
set, si quæ superaret. Deinde cùm  
Chri-

Christus Cathedram in Italia fixerit, credi debet hanc nationem, sive Pontificem species, sive Cardinales (ex quibus Pontifex elitur) prætulisse. Id quoque ostendit usus Ecclesiæ etiam Primitivæ, in qua plerique ex Italia Pontifices. Sed ut dixi, hæc extra chorum; nec ego memorâssem, nisi cogerent Galli intempestivâ quæstione.

IX. Quartò opponit: (a) *Merita Galliæ Regum in Ecclesiam Romanam;* quæ majorem Principatū sui temporalis partem à Regibus Galliæ acceperit: nec securior portus Naviculæ Petri, quoties tempestate jacaretur, quam in Galliæ sinu: non ergo Lavardinus Regis Legatus tam malè accipi debuit, hoc præsertim tempore, quo Gallia ab Hæresibus purgata, Romana Ecclesiæ restituta est.

X. Nulla Gallis frequentior cantilena, quam ut beneficia sua repetant, monentq; Pontificem gratitudinis, perinde ac si cum immemore beneficiorum, aut non curante loquerentur. Maxima

D 6. esse,

(a) *Fol. 2.*